

mgr. { Arnoldus Saxo
 Muchel Misnensis
 Caspar Deichsel Polo[nus]
 Paulus Fetzter Bavarus,

per quos admissi sunt baccalaureandi undecim:

Cristophorus a Zelevitz Bohemus Ioannes Trachstat Udalricus Fruteculus Michael Saganensis 5 Georgius Abenteurer Vitus Chrumerus Wolfgangus Leo Cubitensis Ioannes Spreenbergius Valentinus Libenaw 10 Bartoldus Ringhe Caspar Zickel	} determinavit sub magistro	{ Caspare Deichsel Ioanne Netler Paulo Fetzter Caspate Deichsel Ioanne Muschlero Christophoro Heylman Caspate Deichsel Caspate Deichsel Arnoldo Georgio a Zoda Christophoro Heylman.
--	-----------------------------	--

Inter hos fuerunt tres pauperes, Mihael Saganensis¹⁾, Wolfgangus Leo Cubitensis et N 59. Bartoldus Ringhe, qui cum paupertatem suam iustis argumentis edocuissent, condonata est eis pecunia, que pro signeto et exercitio numerari solet, ea tamen adiecta condicione, ut, si ad meliorem fortunam pervenirent, eam tandem facultati numerarent.

Michael Weis sive Candidus Saganensis, unus ex hisce tribus pauperibus, satisfecit facultati artium pro signeto et exercitio sub decanatu magistri Leonhardi Badhorn Misnensis anno domini millesimo quingentesimo tricessimo octavo, ubi solvit tres flor. quinque gr. cum magna gratiarum actione.

1528 Wintersemester. 239. Decan Paul Fetzter von Nördlingen.

N 60. Anno²⁾ a nativitate Christi millesimo quingentesimo vigesimo octavo Sabato Oct. 10. ante Galli Paulus Feczter Norlingensis in facultatis arcium decanum electus subscriptos habuit officiales:

Executores magistrum	{ Arnoldum Woestenfeld Lindavianum Sebastianum Sibart Muchelium Iohannem Weyß Senfftenbergium.
Clavigeros magistrum	{ Iohannem Weyß Senfftenbergium Petrum Schorleum Grymmensem Paulum Fetzter Norlingensem.

Eodem anno die Octobris duodecima, quum eligerentur clavigeri, assumptus est ad Oct. 12. facultatem magister Matheus Both Hirspergius, qui solvit solvenda pro consuetudine.

¹⁾ Mit rother Tinto durchstrichen. ²⁾ Dies Decanat fehlt in C gänzlich. In N Initiale A blau und roth auf rothem, von einem goldenen Muster überzogenem Felde. Am Schlusse des vorhergehenden Semesters sind zwei Zeilen, über denen P[aulus] F[eczterus] N[orlingensis] steht, getilgt worden.